



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Qvid Est Invocatio seu adoratio?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

gratiarum actionis , non de merito , seu propitiatione proprietas ; quia expressè dicit : Offerimus pro patribus , Prophètis & Apòstolis , videlicet gratiarum actionem , sicut verum est , semper in causa Domini hæc facienda esse ordine , publice & priuatim . 1. Proposita-  
dam esse doctrinam de beneficijs Christi , de penitentijs & fidei .  
Secundo , Faciendam esse inuocationem . 111. Tertio , Solu-  
tionem , qua fides confirmetur in conuersis , qui statuant , vere sibi  
applicari beneficia mediatoris . Et in eo exercitio fidei summo hono-  
rationem Sacramenti , quia accipit beneficia Dei . 1111. Quo-  
to accedat gratia iumentatio publice & priuatim de toto beneficio  
redemptionis & collectionis Ecclesiæ , & de alijs beneficijs , spirituallis  
& corporalibus . Ideo virtus viva est nomine invocatio . Sed pia in-  
telligenda est ratio Sacramenti .

D E I N V O C A T I O N E , P R E-  
C A T I O N E , E T G R A T I A R Y M -  
A C T I O N E .

Q V I D E S T C V L T V S D E I ?

R E S P O N D E O . Est opus à Deo mandatum , factum in se , id  
est , vera agnitione & fiducia mediatoris , quod referunt ad hoc  
nem , ut Deo tribuatur honos , id est , vt testemur , huic vere filio Dei  
quem sic colimus , & eum sic velle coliri . Sit igitur regula cultum  
Decalogus recte intellectus , iuxta dictum Ezechiel 20 . In preceptis  
meis ambulate , non in preceptis patrum . Et in prima tabula prae-  
pue de invocatione præcipit , iuxta dictum : Dominum Deum te  
um adorabis , & illi soli seruies .

Q V I D E S T I N V O C A T I O  
seu adoratio ?

E S T autem petere à Deo propter mediatorem bona necessaria  
aut pro beneficijs Deo aut mediatori gratias agere . Quod vero si  
tertium genus adiungunt , celebrare laudes Dei , id spargunt illa  
duo genera , aut certe est doctrina offendens quid & qualis sit . Qui  
si quis vult esse tertium genus non recugno .

Q V O M O D O F A C I E N D A E S T  
inuocatio seu petitio ?

S A T I S intelligi potest , alium motum in corde esse , prece-  
vt nobis aliquid deitur : alium , latari accepit beneficio . Primam  
tur discatur , quomodo facienda sit petitio . Ac turpis negligencia  
est , cum de ceteris virtutibus tam multa & scripta & disputata fore  
vera precatio , que est summa virtus , minus cogitari . Necesse